Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift

17

es. Ego quidem hominem uideo. si meum dnm recognosco. Humanum
corpus aspicio intra. si celestem intelligo sacramentum. Hecq; me species hec
carnis assumpte a fide uerritatis abducit. tu es dne tu es ipse qui
me ad ista misisti. Quomodo autem ne ego astantem psentemq; ignora
re possum. quem adhuc in utero uirginali et intra matrna uiscera
existentem necdum ipse natus agnoui. Tu ihic ait. Sine modo. sic enim
decet nos implere omnem iustitiam. Sinite inquit dns. hoc enim uera
quidem sunt nec renuo ista que memoras. si ministerium uenis
serutatis implere. ut eos quos peccatum subdidit seruitutis ad
meam reuocem libertatem. Hec mirentur iudei si tuus me manibus
inclino. Qui cum contentus sim nasci contentus circumcidi. pannis
etiam contentus in uolui. quomodo non iordanem hic contentus libenter
ingredar. Noli putare me iniuriosum in dignumq; uideri hoc
baptisma. alie enim me manent iniurie. alie sunt contumelie
quas humana ppter salutem disposui. Post hec beatus Iohannes
susceptum deuotus. quem timidus phibebat. Hec ignorabat ppter quod
ille petpus a se dnm baptizandum. si ministerium suum noluit
sine confessione complere. Itaq; et fides confessa est dnm. et obedientia
impleuit obsequium. Baptizato q dno spes se offerunt. et uox de
celo patrne maiestatis audita est dicentis. Tu es filius meus dilec
tus in quo bene mihi placui. Qd factum fuit ut pficere fidei mani
festum est. ut psentia sci spis et auctoritas patrne uocis apud
omnem humanum genus et testimonium Iohis et uerritas filii
et sacramentum baptismi firmaretur. p qd magnificam et
glorificam dnm patrem omnipotentem pomus s. s. am.

In natiuitate s. Matthie apli. s. Matheus.

Respondens ihic dixit. Confiteor tibi pater dne celi et
terre. quia abscondisti hec a sapientibus et pru
dentibus et reuelasti ea paruulis. Et re.

Sermo Ex comentario Bede presbi.